Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



paucos qdem iusticia iungeret

Est ad modum perspicua et plana definitio amicitiae cum suo proprio in quarto modo.

Est enim amicitia nichil aliud nisi omnium diuinarum humanarumq; rerum · suma cum beniuolentia et caritate firma consensio · quaqdem haut scio an excepta sapientia quidq̃ melius sit a dijs immortalibus hominibus datum · diuicias alij preponunt · bonam alij ualitudinem · alij potentiam · alij honores · multi etiam uoluptates · belluarũ hoc qdem extremum est · Illa autem superiora sunt caduca · et incerta · posita nõ tam in consilijs nostris · q̃ in fortune temeritate ·

Qui autem in uirtute sumum bonũ ponunt · preclare illi qdem · sed nec ipa uirtus amicitiam gignit & contin& · nec sine uirtute amicitia esse ullo pacto potest Iam uirtutem ex consuetudine uite nr̃e · sermonisq; nostri interpretemur · nec enim eam ut quidam docti uerborũ magnificentiaq; metiamur · uirosq; bonos eos q habentur